

SALLVSTIAE

APHRODITE

CONGIDIUS L. F

CONIVGI BENE

MERENTI CVM QVA

VIXIT ANNIS XXVII.

MENSIBVS VIII. DIEBVS. VI.

QVOD VIVA MERVİ MORIENS QVOD ET IPSAROGAVI

CONIVGIS HOC MOESTI REDDIDIT ECCE FIDES
SIT LICET INFERNAE NOCTIS TRISTISSIMVS HORROR

ME TAMEN ILLIUS CREDO IACERE TORIS

TE PIE POSSESSOR SIVE COLONE PRECOR
NE PATIARE MEIS TVMVLIS INCRESCERE SILVAS
SIC TIBI DONA CERES LARGA DET ET BROMIUS

Habes heic impensum Romanæ gentis studium ac defiderium, ut sua Sepulcra expurgarentur, atque ut removerentur virgula, vepres, & arbores, subinde increscentes circum Tumulos, si supra terram attollebantur; aut supra, si Corpora humi condita fuerant, unico Cippo, memoriam defuncti indicante. Cicero Lib. V. Tusculan. auctor est, si studioſissime, dum Syracusis verfabatur, exquissite Sepulcrum Archimedis celeberrimi viri, Civibus proflus illud ignorantibus, ipse tamdem detexit: qua verò ratione, is memoria prodidit, inquiens; *Cujus ego Questor ignoratum a Syracusanis, quem esse omnino negarent, seprum undique & vestitum Vepribus, & Dumetis indagavi Sepulcrum.* Tum addit: *Immisum cum falcibus multi purgabant, & aperuerunt locum.* Propterea divitium olim mos fuit in postremis tabulis commendare Heredibus curan & custodiam Sepulcri sui, & præcipue, ut scribit Jacobus Gutherius Lib. 2. Cap. 31 de Jure Manuum, ut *Monumenta vepribus diligenter purgantur.* Quod differt verbis constitutum videoas in Inscriptione Veronensi, quam supra dedi in hac eadem Classe ad Collegia Nautarum. Ibi *Pontia Justa Collegio Nautarum Arilicentum in memoriam Fortunatae Libertatis reliquit Seffervos numero Sexcentos, ut ei in perpetuum parentetur,*

ET VT MONVMNTVM REMVNDETVR.

Ita videoas infra in Classe XIII. de Artibus ab A. Sempronio Læto Legata Septem Millia *Huic Monumento in culturam.* At quibus minores erant vires, saltem cure fuit, signum *Afciæ*, five exigui *Ligonis*, vel *Securicula*, aut *Dolabra*, in cippo Sepulcrali insculpere, posterofve monere, se sub *Afciæ* dedicasse Tumulum, aut *Saxum*, ut qui agrum possident, pietate moti, quum opus foret, locum emundarent, atque ab importunitis arbustis, aut dumetis, radicibusque increscentibus liberarent. *Terra neglegita sentes & dulos creas, in quebus Quintilianus. Afciæ* verò, etiamsi tantummodo *Ligoni* speciem referret (five di Zappa, o Zappetta) qualis in Inscriptiōnibus Gallia Narbonensis plerumque conspicitur, ejusmodi officium præstare potuit; mos quippe fuit, ut Ovidius ait,

----- purgare Ligonibus arva.

Ex geminis autem caussis manabat enixum hoc Ethnorum studium. Altera fuit, ne Viatorum oculis eriperetur Tumulorum conspicetus, si circum aut supra ipsos silva aliquando incresceret. Quippe Monumenta in eum quoque finem olim confruebantur, aut basi seu cippus & lapis supra defunctorum ossa vel cineres collocabatur, ut certiores fierent superstites & posteri, quis ibi tumulo datus fuisset. Altera fuit, quam primo innuebam. Scilicet Romanorum animos

invaserat opinio, pâne dixi puerilis atque ridenda, qua fibi persuadebant, Animabus post mortem moleſtiam creari, si super Osſa ac cineres Terra gravaret. Propterea tam frequens occurrit in Inscriptiōnibus, præſertim Hispanicis, formula

SIT TIBI TERRA LEVIS;

Terramque exorabant, ne gravis effet Defunctorum osſibus, hoc versu:

Tellus, huic Tumulo ne gravis effe velis.

Digna est, quæ locum heic habeat Inscriptio, ex qua tuor rudibus versiculus constans. Eam Romæ possidet Cl. V. Franciscus Ficoronius, cui acceptam refebo.

D.	M
TITIVS HIC SITVS EST	
IVLVI BASSI BASSIANVS	
ANNOS QVI VIX. X	
ET. XIII. SOLES	
QVEM QVONIAM	
MANES VT ALVMNV	
DI. RAPVERVNT	
NEC. CALCARE VELIS	
NEG. GRABIS. ESSE	
LOCO	

Præterea Viatorem deprecabantur, ut penes Sepulcrum transiens pro quiete Defuncti eadem verba repereret; ut est in Thesauro Gruteriano pag. 977. num. 13. in qua legitur

ORO VT PRAETERIENS DICAS
SIT TIBI TERRA LEVIS

Alios lapides omitto ejusdem moris, & voti luculentissimos testes.

Hac autem opinione imbuta gens olim Ethnica, mirum non est, ergo eam animo tulisse, si quando circum & supra Sepulcra sua innacerentur & crescerent dumii, fentes, & filvetres arbores, ac herbes, quasi materies, hac horrens cineribus suis gravis, infestaque evaderet. Huc facit nobile Epitaphium, Anno Christi 1710. Nemauſi citoſum, nunc ibi apud Dominum Demifols extitens. Evulgatum illud habemus a Sallegre in Praefatione ad Tomum I. Continuat. Antiquitat. ac deinde ab eruditissimo Marchionne Maffejo in Epist. XI. ut supra innui, ad me datā.

D M